

29. Primò Apostolica, quia Ecclesia ab Apostolis fundata est sua doctrina, ac sanguine superdificati super fundamentum Apostolorum. Ad Ephes. 2. Hinc Joannes ait Apoc. 21. numer. 2. *vidi sanctam Civitatem Jerusalem novam descendentem de celo.* Et statim num 14. subdit, *Et murus Civitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum Agni;* fundamenta autem hæc posuerunt Apostoli sua doctrina, ac prædicatione. Ait Isaias 60. *Qui sunt isti, qui ut nubes volant, & quasi columba ad fenestras suas. Volant, ait, ob suam celeritatem, qua sacri Apostoli exierunt in omnem terram, & peragrarunt universum orbem, ut nubes salutiferam rorem effundentes suæ doctrinæ, miraculorum, ac divinorum operum, plurimum voluntariam segregabit Deus hereditati tue.* Psalm. 67. *Et tanquam Columba, ob puritatem, & sinceritatem; mansuetudinem, ac fecunditatem, ut per eas passim significantur in Scriptura, Ad fenestras suas, nempe rapido impetu, quo columba cum suis pollis volitant ad suum nidum, ac fenestras sui columbarii; sic & circumfinitè Apostoli, ut explicat nosser D. Cyrillus, volant cum suis filiis spiritualibus, ut eos per fidem adducerent ad ingressum Ecclesiæ, ac celestem patriam.*

30. Secundò, dicitur *Apostolica*, quia doctrinam datam à Sanctis Apostolis, semper retinuit, retinet, ac retinebit puram, & illibatam, ut ab eis est tradita. Et sic adimpletum est illud quod de Ecclesia nova vaticinatum est ab Isaiâ 59. *Spiritus meus qui est in te, & verba, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo nec de ore seminis tui, amodo usque in sempiternum.* Et quia illam doctrinam ab Apostolis derivatam ad se, semper puram, & integram per successione suorum filiorum spiritualium incorruptam conservat, à S. Paulo dicitur 1. ad Timoth. 3. v. 15. *Ecclesia columbana, & firmamentum veritatis, quia doctrinæ veritatem traditam ab Apostolis firmiter tenet, in quo juxta aliquos Doctores alludit Apostolus ad duas columnas, quas Salomon posuit in vestibulo Templi, 3. Reg. 7. n. 15. & 21. firmitatem templi optans; quarum dexteram vocavit Jachin, idest Directio. Sinistram verò dixit Boaz, hoc est Fortitudo. Utraque columna erat coronata, in his denotabatur Ecclesia sancta, quia ipsa est columna directa, multa directione doctrinæ, ac virtutum, cum multa constantia, perseverantia, ac fortitudine, & inde coronatur sempiterna gloria.*

31. Doctrina Apostolica ea est, quam tradit Petrus epist. 2. cap. 1. *Per bona opera certam vestram vocationem faciatis.* Ab his maxime discedunt Hæretici, ut Lutherus, & Calvinus Hortus Pastorum prior, ut restatur Hortus Pastorum lib. 1. tract. 4. lect. 8. Sacerdos & Religiosus professione, Monialem professam fædo sacrilegio sibi matrimonio copulavit, & cum demone plus quam modium falsis se comeditisse falsus est. Posterior Novioduni de Sodomitico crimine, & aliis infamibus convictus est, hi sunt fundatores, & capita Hæreticorum, non Apostolorum sectatores, sed potius eorum adversarii, ac impugnatores.

32. Tertio dicitur, *Apostolica*, ratione successionis continuæ, quam obtinet ab Apostolis, non solum doctrina, sed etiam auctoritate, & jurisdic-

tionem. Nam omnes Catholica Ecclesiæ ministri ab Apostolis descendunt, Apolorumque successores sunt, ab eorum successoribus potestatem & jurisdictionem acceperunt. Quia Presbyteri ab Episcopis ordinationem acceperunt Episcopi ab aliis Episcopis, & hi iterum ab aliis, & sic deinceps sursum versus usque ad Apostolos, qui hanc potestatem proximè à Christo Domino acceperunt.

Sicut homines longo hominum tractu descendunt ab Adam; ita secundum vim, & potentiam supernaturalem, omnes Ecclesiæ ministri longa ordinationum serie descendunt à Christo, qui est secundus Adam.

Rectè ergo dicitur Ecclesia Apostolica, quæ eandem auctoritatem, jurisdictionem, ac functionem habet, quam Christus tradidit Collegio Apostolorum, & quam habet Ecclesia ab Apostolis instituta; habet enim modo eundem ordinem, quem tunc habuit sub Apostolis. In ipsa sunt Apostoli, Prophetæ, Evangelistæ, Doctores, ut Apostolus Paulus ad Ephes. 4. & subdit: *Ad consummationem Sanctorum, in opus ministerii ad edificationem corporis Christi, ad edificationem corporis Christi mystici, quod est Ecclesia, & hoc ad consummationem Sanctorum, hoc est donec compleatur numerus prædestinatorum, ac electorum, quod erit in fine seculi, hic ordo in Ecclesia successivè perseverabit.*

Ad veritatem Ecclesiæ Apostolicæ ostendendam efficaciter, hoc argumento utitur Tertullianus lib. de Prescriptis contra Hæreticos, & ait: *Evolvant ordinem Episcoporum suorum, ita per successionem ab initio decurrentem, ut primis ille Episcopus, aliquem ex Apostolicis viris habuerit auctorem, & antecessorem.* Dicant nobis Hæretici? Quis ante Lutherum, Lutherane Sectæ fuit ejus Antistes? & quis ante Calvinum Calvinianæ Sectæ, ostendant, si possint suos Episcopos usque ad Apostolos, un inde dicant suam Ecclesiam esse Apostolicam. Hoc facit, & ostendit manifestè Ecclesia Romana: nam ab Apostolo Petro usque ad Dominum Clementem, X. ducenti, & quadraginta tres sunt Episcopi, seu summi Pontifices, ut anno per annum, die per diem ex eorum actis constat. Hoc argumentum successionis maximi faciunt Sancti Patres contra Hæreticos, propter quod ait D. August. supra citatus: *Tene me in Ecclesia, ab ipsa Sede Petri Apostoli, cui pascebas oves suas Dominus commendavit, usque ad presentem Episcopum, successio Sacerdotum.*

QUESTIO VI.

Optimo jure Ecclesia Dei dicitur Romana.

SUMMARIUM.

- 36 Romana Ecclesia inter principales Ecclesias principalissima.
- 37 Fides Romana diffunditur in alias Ecclesias.
- 38 Divina Ordinatione Petrus suam Cathedram constituit in Roma.
- 39 Omnia Concilia generalia à Romanis Pontificibus congregata sunt.

40 In

40 In Romana Ecclesia semper fides illesa conservata est.

41 In Ecclesiis Patriarchalibus aliquando sedebunt Hæretici, & n. 42.

43 Roma civitas spargens radios per universum orbem.

44 Aliqui Antipapa fuerunt reclamante Ecclesia.

36. D. Irenæus lib. 3. adversus Hæres. de Romana Ecclesia ait; *Ad Romanam Ecclesiam propter potentioris principalem, necesse est convenire omnem Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique fideles, in qua semper est conservata ea que ab Apostolis est tradita.* In quo considera, quod inter alias Ecclesias principales Romana habet potentioris principalem; & ut clarius dicam, sola Romana est principalissima, & inter alias prima. Eodem ferè modo loquuntur cæteri Patres, D. Cyprianus lib. 4. epist. 8. D. Augustin. lib. 1. in Julian. opusculum Milanense lib. 2. Adversus Parm. D. Hieron. in Apologia adversus Rufin. S. Leo Papa in Natali Apostolor. Petri & Pauli, de quo latè videndus est Gregor. Turonen. lib. 1. de gloria Martyrum cap. 28. & 30. & 70.

37. Romana Ecclesia Mater utique est omnium Ecclesiarum, cui Christus D. primatum dedit, Petri sedem ibi constituens, ex qua infallibilis doctrina profluit in cæteras Ecclesias, & fides indefectibilis, qua ait Apostolus scribens ad Romanos 1. *Fides vestra annuntiatur in universo mundo.* Hoc non dixit Apostolus scribens ad Corinthios, Galatas, Ephesios, sed tantum ad Romanos *Fides vestra* quia Ecclesia Romana constituebatur caput universi, ut inde defluerent dogmata fidei in omnes Ecclesias, ex ipsaque Roma denuncianda erat vera fides. *Fides vestra annuntiatur in universo mundo.* D. Augustin. lib. 1. in Julian. Catholicam, S. Ambrosii fidem ex Pelagio collaudans ait: *Hic est Mediolanensis Ambrosius, quem Magister tuus Pelagius tanta laudavit prædicatione, ut diceret in libris ejus præcipuè fidem lucere Romanam.*

38. Hinc divina dispositione factum est, ut Petrus, super quem, tanquam firmam petram Christus Ecclesiam suam edificaverat, suam sedem constitueret, ibi ipse Apostolus, ut ibi firmiter permaneret. Optatus Milevitan lib. 2. adversus Parm. ait: *Negari non posse, quin in urbe Roma à Petro sit collocata cathedra Episcopalis, in qua una cathedra unitas ab omnibus servetur.* S. Leo in Natali Sanctorum Petri & Pauli loquens cum Roma ait: *Per sacrum B. Petri sedem, caput orbis effecta, & Sanctus Prosper cecinit.*

*Sedes Roma Petri, que Pastoralis honoris.*  
*Facta caput mundi, quicquid non possidet armis.*  
*Religione tenet.*

39. Probatum etiam optima ratione Soli Romani Pontifices congregaverunt Concilia generalia ab ipsis approbata; ad quæ conveniunt Episcopi Orientales, & Occidentales, quia unanimis conspiraverunt in unitatem ejusdem fidei, & damnaverunt alias sectas disseminantes dogmata contraria Decretis Ecclesiæ Romanæ,

Primum Generale Concilium celebratum est Nicæa sub Sylvestro Papa anno Christi 327. & trium annorum spatio confectum, ad quod 318. Episcopi conveniunt, suo hoc numero testantes, quam latè diffunderetur Ecclesia, quamvis hæcenus Imperatores ethnici in ea multo Christianorum effuso sanguine defavissent, ut rectè dicatur, *Sanguis Martyrum semina Christianorum.*

Secundum Generale Concilium, celebratum est Constantinopoli anno 383. annis à Nicæno, 58. convocavit quidem Damasus Papa ad Romanam, & convocati fuerunt 150. Episcopi, & in eis multi magnæ notæ, & advenierunt Episcopi Occidentales, & permixtum est Occidentalibus coire Constantinopolim, inde Constantinopolitanum dictum est.

Tertium Concilium Generale, habitum est Ephesi sub Cælestino Primo presidente nostro D. Cyrillo Alexandrino anno 430. ex delegatione ipsius Summi Pontificis, & pestiferum dogma Nestorii damnatum est.

Quartum Concilium Generale, fuit Chalcedonense sub Leone Primò Pontifice Maximo anno 451. & juxta eandem formam. 14. Concilia generalia congregata sunt, ab ipsisque Romanis Pontificibus approbata, ad quorum autum dumtaxat coierunt Episcopi toto orbe dispersi nemine reclamante, omnes profrentes Ecclesiam Romanam esse Ecclesiam Catholicam, quæ ut caput Ecclesiam influit in omnes alias Ecclesias tanquam caput in membra.

Et merito sane, quia in Romana Ecclesia, tanquam in cathedra Petri conservatur fides integra, & illata. Unde ait D. Bernard. lib. 1. ad Eugenium Cui entis alteri dictum est, ego rogavi pro te Petre, ut non desicias fides tua, Matth. 26. Hoc non est dictum nec Thomæ, nec alteri discipulorum, nisi tantum Petro, quia in ipso, ac ejus successoribus fides semper constans, ac firma perseverat, & inde eleganter ait D. Cyprianus, *Ad Romanam fidem perfidia non habet accessum.* Et D. Augustin. Epist. 162. Decret. dist. 24. ait. *Cum alia omnes Ecclesia quibus Apostoli præfuerunt, à fide defecerint, sola hæc sancta Apostolica Mater omnium Ecclesiarum Christi per Omnipotentis Dei gratiam à tramite Apostolica traditionis nunquam errasse, nec hereticis pravitatebus nunquam depravanda decubuisse probatur, eam quam ab exordio fides Christiana normam ab ipsis Apostolis accepit, in ea semper illibata permanit.* Quod deinde sic ostenditur.

In quatuor Patriarchalibus Ecclesiis Orientalis federunt Hæretici

In Ecclesia constantinopolitana Macedonius, Nestorius, Anthimus, Sergius, & alii plures, quos Iconomachi Imperatores constituerunt.

In Antiochia Hæresarcha sedit Paulus Samosatenus, Eulalius, Petrus Kanaphæus, & alii.

In Alexandria Georgius Cappadox, Lucius Dioscorus, & alii.

In Hierosolymitana, Salustius, Arsenius, Heraclius, & alii.

Per varias Dei Ecclesias multi hæretici insurrexerunt, & idèo Apostolus Paulus commendans Prælati Dei Ecclesiam, ait: *Attentè*

D d 4. disto

Auctor. 20. dite vobis & universo gregi in quo vos Spiritus Sanctus possit regere Ecclesiam Dei. Act. 20. num. 28. & statim subdit, n. 29. Ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcetes gregi. Nam adhuc vivente Paulo contra eum insurrexerunt in Asia Hymenæus, Alexander, Phygellus, & Hermogenes, ut ipse testatur, 1. Timoth. 1. n. 20. & Epist. 2. c. 1. n. 15.

44. In Roma verò nullus unquam sedit hæreticus, aliæ defecerunt, illa nunquam, & ita hic verificari potest, illud Isaie 19. dicens: In die illo erunt quinque civitates, jurantes per Dominum Deum exercituum: Verumtamen civitas Solis una vocabitur. Et si illæ Patriarchales Ecclesia, quæ olim in cultu Christi fuerunt florentissimæ paulatim defecerunt ad hæreses, & impios cultus. Unica tamen illa Romana, stabilis, ac firma stetit, tanquam mater omnium Ecclesiarum, ac magistra totius Christianæ Religionis, à qua lex fidei per totum orbem diffunditur; & sicut Sol suis radiis totum orbem illuminat, sic Ecclesia Romana splendore spiritualis doctrinæ omnes Ecclesias illustrat, divino fulgore irradiat.

Nec contra hæc tibi faciat difficultatem, quod in Ecclesia aliqui fuerunt Antipapæ, sed tales non fuerunt recepti à tota Ecclesia, sed potius ipsa reclamante, & parvo, & exiguo tempore durarunt.



RESOLUTIO XXXI.

De Ecclesia materiali, seu in particulari ad Sacramenta ministranda.

QUESTIO PRIMA.

Quid sit Ecclesia, & quomodo edificanda, ac benedicenda, seu consecranda?

SUMMARIUM.

- 1. Quid sit Ecclesia, & quomodo definiatur.
- 2. Ecclesia non potest edificari sine dote, secus dicendum de Ecclesiis Mendicantium.
- 3. Requiritur quod Episcopus ponat primum lapidem; non verò in Ecclesiis Mendicantium.
- 4. Ecclesia debet esse benedicta, vel consecrata, ut in ea celebretur.
- 5. Concessum est Regularibus ut valeant suas Ecclesias benedicere.

**E**CCLESIA materialis, in particulari prout est ad administranda Sacramenta fidelibus, sic definitur: Est locus publicus Episcopali auctoritate constitutus, & consecratus ad quem fideles conveniunt, ad percipiendam fidei Sacramenta. Ita Sylvester in summa, verb. Ecclesia, 2. n. 1. Quam definitionem sequuntur omnes Summistæ, qui etiam dicunt, quod ad adificationem Ecclesiæ requi-

tur etiam auctoritas, & licentia Episcopi. De iure tamen communi ad adificationem Ecclesiæ duo requiruntur; primum ut Ecclesia non possit edificari sine dote compedenti, ut colligitur cap. Nemo de Consecratione, dist. 1. ad sui nempe fabricam, & paramenta; tamen ex antiqua consuetudine datum est Mendicantibus edificare sine dote, vel sic eorum privilegia sunt intellecta. Ita citatus Sylvester n. 4. Lezana tom. 3. verb. Ecclesia, n. 8.

Secundò ex iure communi pro edificanda Ecclesia requiritur, quòd Episcopus conveniat, & ponat ibi primum lapidem, & Crucem ibi figat, ut colligitur ex citato, cap. Nemo, & docent Azor, tom. 2. lib. 9. cap. 3. q. 4. Tamburin, de iure Abbatum, tom. 1. disp. 22. quest. 9. Imò hoc videtur pertinere ad Episcopum Diocesenum, ut constat ex quadam Bulla Leonis X. in Concil. Lateran. pro Mendicantibus. Tamen ex privilegio Cælestini V. confirmato ab Eugenio IV. in Bulla ad decorem in Bullario Rodrig. inter bullas Eugenii 18. concessum est Priori sancti Spiritus de Sulmona Ordinis Cælestinorum, ut in edificandis Ecclesiis, vel Capellis, aut Hospitalibus primum lapidem, & fundamenta ponere & Pontificali ritu valeat benedicere, Tamburin. citatus refert hoc privilegium, & ipsum vocat Generalem Priorem totius Ordinis Cælestinorum, de quibus omnibus Barbosa de officio Episcopi allegat. 26. n. 2.

Edificata Ecclesia non licet in ea celebrare, nisi sit consecrata, vel benedicta, ut habetur, ex c. Nullus de consecr. dist. 1. D. Thomas 3. part. quest. 83. art. 1. & ibi expositores omnes, sicut & Canonistæ, in c. ultimo de Consecratione Ecclesiæ.

Quamvis maximè pertineat ad Episcopos Ecclesias solemniter benedicere, hoc tamen ex multis privilegiis concessum est Regularibus Mendicantibus, ut eorum Generales, Provinciales, Priores, ac Vicarii possint suas Ecclesias, Cameteria, Oratoria, ac capitula solemniter benedicere, ita concessit Julius II. Minimis in Bulla dudum ad sacrum, Leo X. in Concil. Lateran. pro Mendicantibus, Religionis suadet honestas. Tertium privilegium Sixtus IV. apud Sorbium, verb. Benedicere, §. 4. concedit Minoribus de Observantia, his verbis: Vestri Ordinis Generalibus, & Provincialibus, Vicariis, Custodibus, ac Guardianis pro tempore existentibus, ut omnia & singula ejusdem Ordinis Observantia, Ecclesias Cameteria, & Capitula, & Oratoria ubicunque existentia, receptas, & receptas, recipiendas, seu recipiendas solemniter benedicere, scilicet concessum sit. Agunt de his privilegiis Confetiis, pag. 140. Calarrubius in compendio Privileg. Mendicantium, verb. Benedicere Ecclesias, §. 12. & 14. Peregrinus verb. Benedicere, Miranda tom. 2. quest. 39. art. 1. conclus. 3. vide quæ dixi supra Resol. 14. num. 17. Advertit tamen quod Prelati Regulares solum possunt benedicere suas Ecclesias, non alterius.

Ecclesiam consecrare secundum jus commune solum ad Episcopum perinet, c. Nemo de consecr. dist. 1. Et hoc tantum ad Episcopum proprium, cap. Tua fraternitas de consecr. Ecclesia. Et Episcopus proprius non potest hoc delegare simplici sacerdoti, sed tantum

tum alteri Episcopo, cap. Aqua eod. tit. non obitante quacumque patris consuetudine.

& non sit injuriosa delinquenti, tamen videtur injuriosa loco sacro, ejulque auctoritati, ac reverentiæ multum adversatur.

Secundus casus, quando in Ecclesia sanguis humanus injuriose effunditur, cap. si Ecclesia de consecr. cap. Ecclesiis de consecr. dist. 1. intelligitur autem de effusione notabili non proveniente à naribus, nec de effusione naturali medicinali licita, aut casuali, nec de effusione in quantitate parva, nec de ea, quæ non est facta in ipsa Ecclesia. Tamen si vulneratus in Ecclesia, effundat sanguinem extra illam, aut intra illam, seu intra aliquod vas, adhuc Ecclesia polluitur; teste Sagundez. Præcepto 2. Ecclesia, lib. 4. cap. 4. num. 16. qui etiam subdit num. 17. id etiam procedere, si Martyr causa Christi in loco sacro occidatur, aut suspendatur juxta illud, Actio displicuit, passio grata fuit.

Advertit tamen Pellizar. tom. 2. tract. 8. c. 5. sect. 2. v. 70. Quòd ad hoc ut Ecclesia polluat, non sufficit quæcumque percussio, ut si aliquid de carnibus contundatur, vel de ossibus confringatur, nec quodcumque vulnus, ex quo sanguis non effunditur; sed hæc debent esse talia, ut inde mors probabiliter sequatur, vel inde grande damnum, vel membri claudicatio sequatur; tamen ex hoc inferendum Ecclesiam pollui, si alicui digitus cadatur; sed non omnino cum notabili sanguinis effusione. Quia licet digitus non sit membrum, sed pars membri, & non sit totaliter recisus, tamen multa sanguinis copia, cum non sit ex naribus, facit Ecclesiam pollutam, ut docent communiter Doctores, qui dicunt Ecclesiam non pollui, quando sanguis est in parva quantitate.

At verò si ipsa effusio sanguinis in Ecclesia fiat ex joco, tunc maximè dubitatur, & hæc inter casuales debet computari, alias non erit jocosa: maximè si sanguis effusus sit in parva quantitate quæ non sufficit ad Ecclesiæ violationem, ut Sylvester cum Panoritanus, & alii notant. Si autem per ipsam actionem joculam, magna sanguinis copia effundatur tunc distinguendum dicit Suar, tom. 3. ad 3. p. disp. 81. sect. 4. s. secunda violatur; & ait: Quòd tunc attendenda est ratio voluntarii; nam si omnino involuntariè accidat, non violat, si verò ita imprudens, & periculosa exitit actio, ut ex ea bene potuerit sequi magna copia sanguinis effusi: tunc moraliter bene sequitur effectus in causa voluntarius. & tunc Ecclesia violabitur, quia jam actio est injuriosa.

Tertius casus, quando humanum semen viri sive feminæ, sive fidelis, sive infidelis in Ecclesia, quocumque modo peccaminosè effunditur, ut constat ex cap. unico de consecr. Ecclesiæ, in 6. & ex cap. Ecclesiis de consecr. dist. 1. Dixi voluntariè, quia non sufficit, quòd, fiat in lotanis, Dixi quomodocumque, ad denotandum id esse, sive fiat per molliem sive per fornicationem, adulterium, sodomitiam, & Dixi peccaminosè, ad excludendam copulam matrimonialem; in qua est magna difficultas.

Circa copulam conjugalem magna est difficultas, & conveniunt Doctores, quod talis copula, quando conjuges coguntur diu commorari in Ecclesia ad evitandum periculum incontinentiæ, sit licita, & per illam non violatur.

QUESTIO II.

In quibus casibus polluitur Ecclesia.

SUMMARIUM.

- 7. Homicidium polluit Ecclesiam factum intra illam, non verò super lectum, nec subius Ecclesiam.
- 8. Homicidium debet esse voluntarium, & non ex casu.
- 9. Sanguis humanus injuriosè effusus polluit Ecclesiam.
- 10. Vulnus in Ecclesia, eam polluit, quando ex illo sequitur mors, vel notabile damnum.
- 11. Si ipsa percussio ex joco, tunc considerandum, an voluntarium fuerit & præsumitur vulnus.
- 12. Ex effusione seminis voluntaria polluitur Ecclesia.
- 13. Etiam ex copula conjugali extra necessitatem, affirmat una sententia.
- 14. Alia probabiliter negat, & n. 15.
- 15. Polluitur Ecclesia, si in ea sepeliatur excommunicatus nominatim.
- 16. Polluitur Ecclesia si in ea sepeliatur infidelis non baptizatus.
- 17. Ecclesia consecrata per Episcopum excommunicatum non polluitur.

**I**N quinque casibus polluitur Ecclesia, & etiam graves Doctores addunt sextum. Primum, quando intra Ecclesiam commissum est homicidium voluntarium injuriosum, ex cap. Proposisti de consecr. Ecclesiæ, & cap. si notum de consecr. dist. 1. Dixi intra Ecclesiam, quia si homicidium fiat supra lectum, vel subius Ecclesiam, aut in parietibus, non violatur Ecclesia, nam ad hoc ut polluta maneat, vulnus, & causa physica moris debet esse intra Ecclesiam: unde ad polluendam Ecclesiam non sufficit, quòd quis volens lethale extra Ecclesiam accipiat, & intra illam moriatur, ut observat Cardinalis de Lugo de Euchar. disp. 20. num. 53. Unde inferitur contra Suar. disp. 81. de Euchar. sect. 4. Quòd quando quis in Ecclesia vulneratur, & postea domi moritur, Ecclesia est polluta. Unde etiam colligo; quòd si quis alteri det potionem venenosam mortiferam in Ecclesia, & postea domi moriatur, Ecclesia polluitur, quia causa physica mortis violentæ data est in Ecclesia; sic si de foris emittitur sagitta, quæ intra Ecclesiam occidat.

Dixi voluntarium, quia homicidium casuale, vel factum in amentia, & ebrietate non est voluntarium, & non sufficit ad hunc effectum, ut notat Lezana verb. Ecclesia. Unde etiam inferes, quòd intendens vulnerare, aut occidere unum, & per errorem, alterum vulneret, & occidat, tunc non polluitur Ecclesia, quia talis occisio, ac vulneratio est omnino involuntaria. Dixi injuriosum, quia factum ob propriam defensionem, non sufficit ad hunc effectum; secus tamen dicendum existimo, si auctoritate judicis suspendatur reus in Ecclesia, quia licet aliàs talis occasio sit justa,